

Alberti

1670

Biogr. er. D

226, 2 14, 2

SANCTIS MANIBUS
JCTi SUMMI
B.
QUIRINI SCHACHERI
SACRUM.

Offerebat

Ad nutum & in solatium

Mœstissimi FILII

L. VAL. ALBERTI, P.P.

LIPSIÆ,

Literis CHRISTIANI FICKII.



SISTE. GRADUM. VIATOR.
TERRA. HÆC. CAPIT.
MELIORIS. ÆVI.
CANDORIS. PROBITATIS. AC. FIDEL. PRISCÆ.
RELIQUIAS.
VIRUM.
SUB. FINEM. SUPERIORIS. SECULI.
NATUM.
UT. AUSPICATUM. REDDERET. PRÆSENS.
IDQVE. MAXIMAM. PARTEM. VIVUS.
SECUTURA. OMNIA. MORTUUS.
ILLUSTRARET.
QVI.
COLLATAM. A. MAJORIBUS. AC. PATRIA. GLORIAM.
SIC. AUXIT.
UT. NON. ACCEPISSE. SED. REDDIDISSE. VIDEATUR.
NATUS. QUIDEM. HONORATISSIMIS. PARENTIBUS.
SED
MUSARUM. FILIUS.
AC.
JUSTITIÆ. SACERDOS.
OPERA. STUDIOQ. FACTUS.
TANTA. DIVÆ. INDULGENTIA.
UT.
LONGO. TEMPORE.
A. PRIMO. EJUS. ANTISTITE. AC. SUMMO.
PROXIMUS.
INTERQ. RELIQUOS.
PRIMOGENITI. LOCO. HABITUS. SIT.
DELITIUM. PRINCIPIS.
INQ.
FINIENDIS. DRESDÆ. LITIBUS.
ET.
EXPEDIENDIS. LIPSIAE. ECCLESIASTICIS. NEGOTIIS.
ORACULUM.
INFULARUM. NUMBURGENSIUM.
DECUS.
ACADEMIÆ.
IN. CATHEDRA. ET. COMITIIS. OLIM. PROVINCIALIBUS.
OS.
AC. EX. DENARIO.
LONGE. PYTHAGORÆORUM. SANCTIORI.
FULCRUM. INGENS.

COM.

7690

COMMUNE. CLIENTUM. ASYLUM.
VIDUARUM. ET. PUPILLORUM,
PRÆSIDIUM.
MISERORUM. OMNIUM.
HOSPITIUM.
AC.
VIRTUTUM. SINGULARUM.
EXEMPLAR. PLANE. AMUSSITATUM.
QVO. CUM.
CERTAVIT. FORTUNA.
PLURIBUS. ILLE. PUBLICUM.
AFFICERET.
AN. IPSE. AFFICERETUR.
BENEFICIIS.
TOT. INCLUTUS. TITULIS.
TOT. OFFICIIS. ONUSTUS.
UT.
UNUS. NUMERARI.
PLURESQ. REFERRE. POTUERIT.
SECUNDUM. ETIAM. MARITUS.
CONJUGIO. VERE. SECUNDO.
NISI. QVOD. PRIMAS.
TENUERIT. PRIMUM.
OB. VINDICATUM. SIBI. FOECUNDITATIS.
TITULUM.
NATIS. EX. EO. SEPTEM. LIBERIS.
ET.
EX. HIS.
DENATIS. RELIQVIS.
FILIO. SUPERSTITE.
FORTUNATUM. AC. VIRTUTUM. PATERNARUM.
HÆREDE. UNICO.
QVEM.
NON. FILIUM. TANTUM. CONSERVANDÆ. FAMILIÆ.
SED.
COLLEGAM. ETIAM. EXORNANDO. ORDINI. CONSULTISSIMO.
RELIQVIT.
INGENTI. GLORIA. AC. FAMA.
EQ. IPSO.
CHARUS. OMNIBUS. AC. DESIDERANDUS.
QUOD. PROSEXERIT.
NE. A. NOBIS. PROPTER. FILIUM. DESIDERARETUR.
HIS.
MATURISQ. SENECTUTIS. INSIGNIBUS.
SPLENDIDUS.
TERRAM. NOBIS. NOS. TERRÆ. RELIQVIT.
PRIMUM. LIMITEM. VITÆ. MOSAICUM.
JAM. SUPERGRESSUS. AL-

ALTERI JAM MINAX.

IMO.

SECVLI SPATIUM.

QVOD. ALIQVOTIES. VIVENDO. SUPERARE. DIGNVS. ERAT.
EX. VOTO. NOSTRO. ADIMPLETURVS.

NISI. FATA.

AD. VINDICANDAM. COMMVNEM. METAM.
SEPTVAGESIMO. SECVLI. ANNO.

SENVEM. OPTIMUM.

EXTINXISSENT.

AUT.

AD. VITAM. EX. HAC. MISERA. MELIOREM.
DIMISSISSENT.

SANCTE. MORTVVM.

POSTQVAM.

DANTE. DOMINO. JESV.

CEV. SYMBOLO. TESTABATUR.

TOT. ANNOS. PIE. VIXERAT.

QVI. FUIT.

QVIRINVS. SCHACHERVS. ICTVS. ET. ANTE-
CESSOR. POTENTISSIMI. SAXONIAE. ELECTORIS. IN.
JVDICIO. APPELLATIONVM. CONSILIARIVS. CONSI-
STORII. LIPSIENSIS. ET. FACVLTATIS. JVRIDICAE.
SENIOR. CANONICVS. NVMBVGENSIS. ET.
ACADEMIAE. DECEMVIR.

NATVS. LIPSIÆ. ANNO. POST. M. D. NONAGESIMO. SEPTI-
MO. V. CALENDAS. NOVEMBRIS. MARITVS. PRIMVM.
ANNÆ. MARIAE. VENVSINÆ. SECVNDVM. ANNÆ. NA-
TÆ. HEIDENREICHIAE. BEATI. JOH. ZEIDLERI. MEDICI. CE-
LEBERRIMI. VIDVAE. SEPTEM. LIBERORVM. EX. PRI-
MO. CONJVGIO. PARENS. DENATVS. XIX. CALEN-
DAS. JVL. ANNO. SECVLI. LXX.

ÆTATIS. LXXIII.

INGENIO. SUMMVS. MAGIS. ARDVA. QVÆSIT. ARTE.

MAXIMVS. ARTE. MAGIS. CLARVIT. OFFICIIS.

GRANDIVS. OFFICIIS. DECVS. INTVLIT. INCLVTA. FAMÆ.

GLORIA. NVNC. CRESCIT. GLORIA. MORTE. MAGIS.

CÆTERA. MORS. TOLLIT. SOLOS. MORS. CEDIT. HONORES.

LIVOREM. FAS. EST. TE. MORIENTE. MORI.

MOLLITER. OSSA. QVIESCANT.

ILICET.



Biogr. ex. D 226, XIV, 2

B. erud. D. 226, XIV, 2

